ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 7r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qd pdicante petro una die adpositi sunt ad numerū credentiū animę cir
citer tria milia. Verbū enim dni crescebat. et multiplicabat numerus
discipulorū in ihrlm valde. Multa etiā turba sacerdotū obediebat fidei.
Similiter paulo et barnaba pdicantib; in antiochia. multus numerus
credentiū conversus ē ad dnm. ita ut cogno[illegible] minarent primū anti
ochię discipuli xpiani. Crispus archisinago[illegible]gus credidit dno cū
omni domo sua et multi corinthiorū audien[illegible] quas[illegible]tes credebant et
baptizabant. Unde idē apls paulus glat qd ab ihrlm usq; ad illyricū
repleuerit euglm suū. Contrario ū quida nunc intendentes spiritibus
erroris et doctrinis demoniorū in hypocrisi loquentiū mendaciū et caute
riata habentes sua conscientia. phibent discedere quosda a seculari pompa.
a cupiditate terrena et se sociari contemptorib; mundi seruientib; deo
sub disciplina regulari. Videant hi ne forte ad ipsos respiciat illa domi
nica sententia. qua in euglio ad phariseos et legis peritos ipsa veritas ait.
Ve uobis pharisei qui diligitis primas cathedras in synagogis. et
salutationes in foro. Ve uobis quia estis ut monumenta quę ñ pareis.
et homines ambulantes sup nesciunt. Et item. Ve uobis inquit legis
peritis qui habetis clauē scientię. ipsi ñ introistis. et eos q introibant
phibuistis. Hinc petrus in eplā sua scripsit dicens. Novit ds pios de
tēptatione eripere. iniquos ū in diem iudicii cruciandos reseruare.
magis autē eos qui p carnē alterā in concupiscentiā immundtię am
bulant dnationeq; contemnunt audaces sibi placentes sectas ñ me
tuunt facere blasphemantes. deliciis suis affluentes. in conuiuiis suis
luxuriantes. pellicentes animas instabiles. cor exercitatū auaricia
habentes. maledictionis filii. derelinquentes uiā rectā errauerunt
secuti uiam balaā et bosor. qui mercede iniqtatis amauit. correptionē ū
habuit. fuę uesanię sub iugule muti in hominis uoce loquens. phibuit
pphetę insipientiā. Hii sunt fontes sine aqua et nebulę turbinibus eragi
tate. quib; caligo tenebrarū reseruat. Supbia enī uanitatis loquentes.
pellicent in desideriis carnis luxurię eos qui paululū effugunt. qui
in errore conuersant. libertatē illis pmittentes. cū ipsi serui sint corrup
tionis. A quo enī quis superatus ē. huī et seruus ē. Si enī refugientes co
inquinationes mundi in cognitionē dni nri et saluatoris ihū xpi. his
rursus implicati superant. facta s eis posteriora deteriora prioribus.
Melius erat enī illis ñ cognoscere uiā iustitię quā post agnitionē retror
sum conuerti a eo qd illis traditū est scō mandato. Hęc quidē cū aurib;
corporis tantū percipiant. nec aures interiores quas saluator in euglio